UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

MDCCCXLV. Kurfürst Friedrich bestätigt den zwischen dem Johanniter-Meister in Deutschland und dem Herrnmeister der Ballei Brandenburg geschlossenen Vergleich, am 2. Oct. 1466.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56633

Visual Library

Biddende gantz dinſtliken, des juwer gnaden ok thyth vnd ſtede gunſtighe beſcreuen antwerden, de wy dem almechtigen god medt ſaliger woluart bovelen to langern tyden. Screuen to Colbaz, des ſonnauendes vor Marien magdalene, vnder des werdigen hern Ingeſegel van Colbaz, des wy vns tieghenwordigen hir to Bruken, Am LXVI[ten] Jare.

Prelaten, Reder, Manne vnd Stede des Lands von Stettin juwer gnaden ocdmudighe dyner.

Deme Irluchteden hochgeb. furſten vnd heren herrn ffryderick, des h. R. R. ertzekemerer, Marggraue to Brandenburgh vnd borchgreue to Noremberghe, vnſem gnedigen leuen heren gantz demodichliken.

Nach dem Originale im K. Geh. Kab.-Archive.

MDCCCXLV. Kurfürſt Friedrich beſtätigt den zwiſchen dem Johanniter-Meiſter in Deutſchland und dem Herrnmeiſter der Ballei Brandenburg geſchloſſenen Vergleich, am 2. Oct. 1466.

Fridericus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis, Princeps Elector, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius, Stetinenſium, Pomeranie, Caſſuborum et Slavorum Dux, nec non Burggrafius Norinbergenſis, univerſis et ſingulis preſens Publicum tranſſumti Inſtrumentum viſuris, lecturis et audituris pateat luculenter, quatenus pro parte Venerabilis Conſiliarii et Fidelis noſtri dilecti, Domini Liborii de Sliwen, Ordinis S. Johannis per Marchiam, Saxoniam, Slaviam, Pomeraniam etc. Sacre Domus Hoſpitalis Hieroſolymitane Bajulivi, Magiſtri et Preceptoris Generalis, nec non ſuorum Commendatorum, Preceptorum et Fratrum ſui Ordinis, venerabilis et circumſpectus Vir, Dominus et Magiſter Paulus Molner, ejuſdem Magiſtri, Commendatorum, Preceptorum et Fratrum ſuorum Notarius et Procurator quaſdam literas in Pergameno conſcriptas coram nobis et Notario Teſtibuſque ſubſcriptis in medium produxit eaſque legit ſub iſto verborum tenore: Wy Broider Conrad von Brunſſberg etc. Tenor vero alterius litere talis eſt, ut ſequitur: Frater Johannes Ferdinandi de Redia etc. Quibus quidem ſic perlectis ante dictus Dominus Paulus, Notarius et Procurator pro parte, ut premittitur, nobis debita cum inſtantia humiliter ſupplicavit, qvatenus dictas literas ita, ut premittitur, productas et lectas ad manus noſtras acciperemus, eaſque auſchultaremus et ex eis publicum tranſſumti Inſtrumentum per Notarium noſtrum ſubſcriptum exinde confici et una cum appenſione ſigilli noſtri et decreti noſtri Interpoſitione publicari mandaremus, ita ut eis in et extra judicium uti veris originalibus fides adhiberetur. Nos vero Fridericus, Marchio ante dictus, dicti Notarii et procuratoris Supplicationibus annuentes, cum ipſius petitionem rationi percepimus conſonam, ante dictas literas pergamenicas ad manus noſtras accepimus, invenientes eas ſalvas, ſanas et integras, illeſas, non vitiatas, non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio et ſuſpicione carentes,

quorum unam Teutonicam ſub nomine cujuſdam Domini Conradi de Brunsberg, ante dicti Ordinis Magiſtri per Alamanniam, ejus vero Sigillo, cujus diſpoſitio ab extra erat Cera viridis ab intra rubea, imagine S. Johannis figuram Agni in manu ſiniſtra tenentis, ante quam alia hominis imago cruce ſignati genu flexa cum Scriptura circumferentiali, S. Fratris Conradi de Braunſberg, Prioris Allemannie, impreſſo reperimus ſigillatam: Reliquam vero literam latino ſermone conſcriptam Venerabilis et Magnifici Viri, Domini Johannis Ferdinandi de Redia, ante dicti Ordinis Magiſtri Generalis Prioris, litere Confirmationis formam in ſe continentem, ejus vera bulla plumbea more et Stilo ſue curie in corda canapis impendente, in cujus uno latere figuram mortui ſepulti ad cujus caput ſignum crucis, in medio vero imaginis ſepulti, et in ejus fine ad pedes duo turibula deſuper dependentia, in cujus latere circumferentialis ſcriptura erat Hoſpitalis Jeruſalem, In ejuſdem Bulle altero latere, ſenis barbati cruce ſignati et genu flexi figura, ante cujus conſpectum ſignum crucis in ſuperiori parte tranſverſaliter duplicate, in cujus crucis ſundo tres litere A M et T erant affixe cum ſcriptura circumferentiali, Johannes Ferdinandi de Redia Magiſter, impreſſa bullatam reperimus, eaſque ex integro auſchultavimus et Notario ſubſcripto ex eis preſens publicum tranſſumti Inſtrumentum et Exemplar earundem tenorem de verbo ad verbum plenarie et totaliter inferendo confici mandavimus. Unde cum antedictas literas ita, ut prefertur, per Notarium publicum noſtre Cantzellarie ſcribam tranſſumi, inſtrumentari, et exemplari fecimus, attendentes quod eadem preſentata Scriptura ſive preſens publicum Inſtrumentum, cum veris primiſque literis originalibus concordaret, nec quicquam in ea ſive in eo inveniretur, quod predictarum literarum ſenſum generaliter aut ſingulariter quomodolibet immutaret, preſentibus literis ſive preſenti publico inſtrumento noſtrum interpoſuimus decretum, decernentes autoritate noſtra, Dei nomine precipientes, quatenus preſenti publico inſtrumento, in et extra judicium, aut alias, ubicunque opus fuerit, tanta ac talis, quanta et qualis veris Originalibus, fides adhibeatur indubitata. In cujus rei teſtimonium preſentes noſtras literas ſive preſens publicum tranſſumti Inſtrumentum Sigilli noſtri appenſione Notariique ſubſcripti ſubſcriptione juſſimus communiri. Acta et facta ſunt hec in Caſtro noſtro Coſtrin, Lubucenſis Dioceſeos, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, indictione decima quarta, die vero Jovis, ſecunda Menſis Octobris, hora tertiarum vel qvaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Pauli, Divina providentia Pape ſecundi Anno tertio, preſentibus ibidem Reverendo in Chriſto Patre, Domino Theodorico, Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopo nec non Spectabili, Strenuo ac Nobilibus Viris, Dominis Alberto, Comite de Mullinge et Domino de Barby, Georgio de Waldenfels milite, Bedecone de Arens et Baltzaro de Slywen, Capitaneo in Trebin, Conſiliariis et fidelibus noſtris dilectis et quamplurimis aliis fide dignis.

Et ego Albertus Clytzingk Clericus Havelbergenſis, publicus Imperiali Autoritate Notarius, quia dictarum literarum preſentationi, lectioni, auſchultationi, decreti interpoſitioni omnibuſque aliis et ſingulis, dum ſic, ut premittitur, fierent et agerentur, una cum prenominatis Teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi et audivi et in Notam recepi, ex quo preſens publicum tranſſumti Inſtrumentum, cum dictarum literarum inſertione, nihil addendo, nec

mutando, quod ſenſum verborum mutaret, manu propria conſcriptum cenſeci: Subſcripſi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi ſignoque et nomine ac cognomine meis una cum Sigilli dicti Illuſtriſſimi Principis et Domini, Domini Friderici, Marchionis etc. appenſione, de ejus ſpeciali mandato more ſolito conſignavi rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum; et proteſtor de Raſura illorum verborum Prior Prioratus noſtri Alemannie in ſecunda linea in principio ſecunde litere inſerte, videlicet illius Frater Johannes Ferdinandi de Redia, que non ex dolo vel fraude, ſed mea negligentia commiſſa eſt.

Albertus Clytzingk.

Lünig's Spicileg. eccleſiaſt. Thl. I, Fortſ., Anh. 112. 113.

MDCCCXLVI. Kaiſer Friedrich verbietet den Herzogen Erich und Wartslaf jede Veränderung in den eigenmächtig in Beſitz genommenen Fürſtenthume und Landen Stettin ꝛc. und ladet ſie zur Verantwortung vor Gericht, am 14. Oct. 1466.

Wir Fridrich, von gots gnaden Romiſcher keyſer, Zu allen Zeyten merer des Reichs, zu Hungern, dalmatien, Croatien etc. konig, hertzog zu Oſterreich vnd zu Steyer etc. Embitenn uch Hochgeborn Erick vnnd wartzlaff gebrudern, hertzogen zu Stettin, Pommern, der wenndenn vnnd Caſſubben vnnd furſtenn zu Rugen, vnnſern lieben oheymen, vnnſer gnade vnnd alles gut. Hochgeborn liben Oheymen vnd furſtenn. Vnns iſt angelanngt, wo jr die Furſtenthums vnd lannde Stettin, pomern, der wennden vnnd Caſſuben, So von vnns vnnd dem hiligenn Reiche an mittel zu lehen ruren, an vnſer als Romiſchen keyſers vnnd des hiligen Reichs vrlawb vnd verleyhunge jnn habet, uch der gebraucht, die nutzet vnnd dormit zu abbruch vnnſer vnnd des heiligen Reichs oberkeyt, gewaltſam vnnd gerechtigkeyten, verandrunge, entfremdunge vnnd verpflichtung zu thun onderſtannden habenn oder jr vornemen ſein, das vnns vnnd dem heyligen Reich, wie dem alſo were, vonn uch zu nicht cleyner verachtung vnd vngehorſam komet, nicht vnbillich befremdet vnd zu gedulden nicht geburet: vnnd hat vnns vnnſer keyſerlichen kamer procurator fiſcal deſzhalbenn weder uch vmb recht vnd von vnnſer vnnd des hiligen Reichs wegen zu verſehen angeruffen vnnd gebeten. Dorumb ſo beuelhen wir uch vonn Romiſcher keyſerlicher macht vnd dor zu einer pene nemlich tauſent pfunt lotiges goldes, vnns die jn vnnſer keyſerliche kamer vnableſslich zu betzalende, das ir mit den gemelten furſtenthum vnd Lannden ane vnnſer als Romiſchen keyſers vnd des hiligen Reichs vrlaube, gunſt vnd willen eniche verandrung thut, Sundern die by vnns vnd dem hiligen Reich als jr ſchuldig ſeyt bleybenn laſſet: vnd ab jr dormit einich veranndrunge, entfremdunge oder verpflichtung getan oder zuthunde vnderſtannden hadten, gantz abſtellet vnd dar von ſtadt, dann wir die hirmit ok gantz abſtellenn, vernichten vnd widerruffen voñ obgemelter vnnſer keiſerlichen macht volkomenheyt vnnd rechter wiſſenheyt In Crafft dits brieffs, Sunder auch uch vmb vngehorſam vnd miſzbrauchung, ſo jr